HAIMO ALTISSIODORENSIS. (PS.-)HIERONYMUS
Zwettl 3. Drittel 12. Jh. Seite 83r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



ꝓpham dicit. Ecce ego ipse requiram
oues meas. & uisitabo eas sicut pastor
uisitat gregem suum in die quo fuerit in me
dio ouium suarum dissipatarum. Sic uisita
bo oues meas & congregabo eas de cunctis
locis in quibus dispersae fuerant. Quod perierat
requiram. & quod abiectum fuerat reducam.
& quod confractum fuerat alligabo. & quod in
firmum consolidabo. & quod pingue & forte
custodiam. Ipse est etiam qui sanat contritos
corde. & alligat contritiones eorum. Et iterum
Dns soluit compeditos. Quantum autem huius
pastoris benignitas infirmantibus
ouibus compatiatur. illa parabola euangelii in
dicat in qua legitur. Quia pastor bonus nona
ginta nouem ouibus relictis in montibus
abiit querere unam que errauerat. Quam
inuentam imposuit propriis humeris. &
sic ad gregem reportauit. Ad predicti autem
pastoris mensam si uolumus accedere ne
cesse est ut in bonis operibus nos preparemus.
salemone testante. Ad mensam potentis
accessisti. diligenter attende que apposita sunt
tibi. sciens quia similia te preparare oportet.
Quia quod dns pergens ad passionem mysterium
corporis & sanguinis sui nobis tradidit. tem
ei similia preparamus. si pro eius amore tribula
tiones & angustias sustinemus. quia sicut
paulus apostolus ait per multas tribulationes
oportet nos intrare in regnum dei. Et psal
mista. Quid retribuam dno pro omnibus que retri
buit mihi. Queritur autem quare dns se pa
storem nominauit. cum paulo superius se esse
ostium dixerit dicens. Ego sum ostium. Ad
quod dicendum quia aliud est ostiarius. & aliud
ostium. & alius pastor. Ipse est enim ostiarius qui
nos ad fidem introducit. sicut ipse ait in eu
glio. Nemo uenit ad patrem nisi per me.

Neque enim patrem cognouit quis nisi filius. & cui
filius reuelare uoluerit. Ipse est ostium. quia
per eum ad fidem intramus. sicut ipse ait. Per me
si quis introierit saluabitur. et rl. Et bene
quidem postquam dixit ego sum pastor bonus
adiunxit ad discretionem illorum qui indig
ne nomen pastoris sibi usurpant. eo quod
boni non sint. De quibus dns superius ait. Omnes
quotquot ante me uenerunt. fures sunt & latro
nes. Fuerunt autem post ipsum boni pastores. quia
[illegible] lis fuit petrus. cui a dno
[illegible] dilecti dictum est. Si diligis me.
pasce [illegible] oues meas. Et iterum. Tues
pastor ouium. Talis erat paulus qui opta
bat se anathema esse pro fratribus suis dicens.
Ego cupiebam anathema esse pro fratribus meis
qui sunt cognati mei. qui sunt israelite. Sed ali
ud est esse bonum essentialiter. & aliud nun
cupatiue. aliud per naturam. & aliud per gra
tiam. Illi uero ut boni essent a dno acceperunt.
ipse autem a nemine ut bonus esset nisi a se
ipso accepit. & ideo si eius bonitati com
parentur. minus boni inueniuntur. Quantum
uero bonus pastor oues sibi commissas dili
gere debeat. manifestatur cum subditur. Bo
nus pastor animam suam ponit pro ouibus
suis. Fecit quod monuit. & quod docuit
uerbis. ostendit exemplis. Primus animam
suam pro ouibus suis posuit. ostendens bo
nis pastoribus etiam si necessitas euenerit.
pro ouibus sibi commissis. mortem non debere ti
mere. Vnde cum petro oues suas regen
das tercio commendasset. quid pro eisdem ouibus
passurus esset. intimauit dicens. Amen
amen dico tibi. cum esses iunior cingebas te
& ambulabas ubi uolebas. cum autem
senueris extendes manus tuas. & alius
te cinget. & ducet quo tu non uis. Hoc autem

83